Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Adhuc enim exiguum et modicum:
et veniet qui venturus est et non tardabit. Et
iustus meus ex fide vivit. Quod si subtrahe-
rit se non placebit anime mee. Nos autem non
sumus subtrahentes se in perditionem sed fidei
ad lucrandam animam. Fides autem est sperandorum
substantia rerum argumentum non apparentium.
Hoc enim testimonium consecuti sunt antiqui.
Fide intellegimus aptata esse secula verbo dei ut
ex invisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam
hostiam offerebat abel quam cain. Per quam
testimonium consecutus est esse iustus testimonio
munerum eius et per illam defunctus adhuc loquitur.
Fide enchoch translatus est ne videret mortem et non
inventus est quia transtulit eum deus. Ante enim
translationem testimonium habebat placuisse deo.
Sine autem fide impossibile est placere deo. Credere
enim oportet accedentem ad deum quia est et inquirentibus
se remunerator sit. Fide noe responsum accepit de
his quae adhuc non videbantur metuens aptavit arcam
in salutem domus suae per quam damnavit mundum
et iustitiae quae per fidem est heres factus est.
Fide qui vocatus est abraham obedivit exire in locum
quem accepturus erat in hereditatem et exivit nesciens
quo iret. Fide habitavit in terra promissionis tamquam
in aliena in tabernaculis habitans cum isaac et iacob
coheredibus promissionis huius. Expectabat enim
fundamenta habentem civitatem cuius artifex et
conditor deus. Fide sara sterilis virtutem in concipiendo
semen accepit et praeter tempus aetatis quoniam
fidelem credidit esse qui promisit. Propter quod
et ab uno orti sunt tamquam sidera caeli multa
et quasi arena quae est ad ripam maris innumerabilis.
Secundum fidem mortui sunt omnes isti non
adepti promissiones sed longe eas videntes et
salutantes et confitentes quia hospites et
advenae sunt super terram. Qui enim haec
dicunt significant se patriam inquirere.
Et si illius meminissent unde egressi
sunt habebant utique tempus revertendi
sed nunc meliorem appetunt hoc est
caelestem. Propter quod non erubescit
deus vocari deus eorum. Parabit enim
illis civitatem. Fide offerens abraham
isaac cum tentaretur et unigenitum
offerebat qui susceperat promissiones
ad quem dictum est quia in isaac
vocabitur tibi semen. Arbitratus
est quia et a mortuis suscitare
potens est unde et in figura
illum recepit. Fide et de futuris
benedixit isaac iacob et esau
benedictionem. Fide iacob
benedicens filios ioseph
et adoravit fastigium
virgae eius. Fide ioseph
de exitu filiorum israel
memor fuit et de ossibus
suis mandavit. Fide
moysen natus
abscondit
tribus
menses
a parentibus
suis quoniam
viderunt
natum
puerum
et non
timuerunt
edictum
regis
Fide
moysen
grandis factus
negavit
se filium
esse filiae
pharaonis
magis
eligens
adfligi
cum populo
dei quam
habere
commodum
peccati
temporalem
maiorem
divitias
thesauro
aegyptiorum
aspiciebat
enim in
remunerationem
Fide
reliquit
aegyptum
non timens
iracundiam
regis
fortem
enim
se praebuit
quasi
eum
qui
invisibilem
videbat
Fide
fecit
pascha
et
sanguinis
effusionem
ne
qui
vastabat
primogenita
tangeret
eos
Fide
transierunt
mare
rubrum
quasi
per
aridam
terram
quam
cum
tentarent
aegyptii
devorati
sunt
Fide
iericho
muri
ceciderunt
circumdati
per
septem
dies
Fide
rahab
meretrix
non
perit
cum
incredulis
quia
receptaculum
fecit
exploratoribus
pacifice
Et
quid
adhuc
dicam
deficiet
enim
me
tempus
narrantem
de
gedeon
de
barac
de
samson
de
iephte
de
david
de
samuel
de
prophetis
qui
per
fidem
vicerunt
regna
operati
sunt
iustitiam
adepti
sunt
promissiones
obstruxerunt
ora
leonum
extinxerunt
impetum
ignis
effugerunt
aciem
gladii
convalescentes
de
infirmitate
fortes
facti
sunt
in
bello
castra
verterunt
exercitus
alienorum
mulieres
receperunt
mortuos
suos
per
resurrectionem
alii
autem
distentati
sunt
non
sustinentes
redemptionem
ut
meliorem
invenirent
resurrectionem
alii
autem
ludibria
et
verbera
experti
insuper
et
vinculorum
et
carceris
lapidati
sunt
secti
sunt
tentati
sunt
in
caede
gladii
circumierunt
in
melotis
in
pellibus
capris
egentes
angustiati
afflicti
quorum
non
erat
dignus
mundus
in
solitudinibus
errantes
in
montibus
et
speluncis
et
cavernis
terrae
et
omnes
isti
testimonio
fidei
probati
sunt
non
accepto
promissionem
propter
nos
melius
aliquid
providente
ut
non
sine
nobis
perfecti
essent
Ergo
et
nos
tantam
habentes
circumstantiam
testium
deponamus
omne
pondus
et
circumstans
nos
peccatum
per
patientiam
curramus
ad
propositum
nobis
certamen
respicientes
in
auctorem
fidei
et
consummatorem
iesum
qui
gaudio
sibi
proposito
sustinuit
crucem
confusione
contemnens
et
sedet
in
dextera
sedis
dei
Recordamini
enim
eum
qui
talem
sustinuit
a
peccatorum
adversitatem
in
semetipsos
ne
fatigemini
animis
vestris
deficientes
Nondum
enim
usque
ad
sanguinem
restitistis
adversantes
et
obliti
estis
consolationis
quae
vobis
tamquam
filiis
loquitur
dicens
fili
mi
castigationem
domini
ne
abicias
neque
fatigeris
dum
arguitur
a
deo
quem
enim
diligit
castigat
castigat
autem
omnem
filium
quem
recipit
Si
castigationem
sustinetis
tamquam
filiis
se
offerat
vobis
deus
quis
enim
filius
quem
non
castigat
pater
Si
autem
sine
castigatione
estis
cui
omnes
participes
sunt
ergo
adulteri
estis
et
non
filii
Castigationem
quoque
patrum
habuimus
et
reverebamur
eos
non
multo
magis
obtemperabimus
patri
spirituum
et
vivemus
Nos
quidem
per
dies
paucos
secundum
quod
videbatur
illis
castigabant
ad
tempus
hic
autem
in
utilitatem
ut
participemur
sanctitatem
eius
Omnis
autem
castigatio
in
praesenti
quidem
videtur
non
esse
gaudii
sed
maeroris
postea
autem
fructum
pacatum
exercitatis
per
illam
reddet
iustitiae
Quapropter
manus
remissas
et
genua
soluta
erigite
et
gressus
rectos
facite
pedibus
vestris
ut
non
quod
claudicat
evertatur
sed
magis
sanetur
Pacem
sectamini
cum
omnibus
et
sanctimoniam
sine
qua
nemo
videbit
deum
Contuentes
ne
quis
desit
gratiae
dei
ne
quis
radix
amaritudinis
sursum
germinans
impedit
et
per
hanc
inquinentur
multi
ne
quis
fornicator
aut
prophanus
sicut
esau
qui
propter
unam
escam
vendidit
primogenita
sua
scitote
quoniam
et
cum
esset
cupiens
haereditare
benedictionem
reprobatus
est
non
enim
invenit
locum
poenitentiae
quamvis
cum
lacrimis
exquisisset
eam
Non
enim
accessistis
ad
tactum
et
ad
ardentem
ignem
et
ad
caligine
et
ad
tenebrosum
et
ad
procellam
et
ad
tubae
sonum
et
ad
vocem
verborum
cui
qui
audierunt
excusaverunt
ne
sermones
sibi
fieri
Non
enim
ferebant
quod
dictum
est
et
si
pecus
tetigerit
montem
lapidabitur
aut
iaculatione
figetur
Et
sic
terribile
erat
quod
videbatur
ut
dixerit
moyses
exterritus
sum
et
tremebundus
Sed
accessistis
ad
sion
montem
et
civitatem
dei
viventis
Hierusalem
caelestem
et
multorum
milia
angelorum
frequentiam
et
ecclesiam
primitivorum
qui
conscripti
sunt
in
caelis
et
iudicem
omnium
deum
et
spiritus
iustorum
perfectorum
et
testamenti
novi
mediatorem
iesum
et
sanguinem
aspersionis
melius
loquentem
quam
habel
Videte
ne
recusetis
loquentem
nam
si
illi
non
effugerunt
recusantes
eum
qui
super
terram
divinabat
multo
magis
nos
qui
de
caelis
loquentem
nos
avertentes
cuius
vox
commovebat
terram
nunc
autem
promittit
dicens
adhuc
semel
et
ego
commovebo
non
solum
terram
sed
et
caelum
Et
hoc
adhuc
semel
ostendit
mutationem
quae
mutabilia
sunt
tamquam
factum
ut
maneant
quae
non
mutantur
Et
ideo
regnum
quod
non
mutatur
suscipiamus
habemus
igitur
gratiam
per
quam
seruiamus
placentes
deo
cum
timore
et
pudore
Etenim
deus
noster
ignis
consumens